

## PRÆFATIO.

suo Dño: Nihil minus profectò: nam  
idem q̄q̄ inuit filius Patrĩfamiliã in  
parabola, de hoc ipso differens, agri-  
colas videlicet illos, quibus vinea pri-  
mò statim est locata, non tantũ apud  
se fructus retinuisse, sed insup lega-  
tos dñi cepisse, tenuisse, cedisse, lapi-  
dasse, & occidisse: imò quod plus est,  
ipsum heredem vineę, vnicum filium  
Patrĩfamiliã, quàm primũ ab eis  
visus est, apprehensum, & extra vi-  
neam eiectum, tandem indignis mo-  
dis crudelissimè sine omni commise-  
ratione interemptum ab illis frugi,  
scilicet, agricolis. Horrendum faci-  
nus: ò mali malè perdendi agricolæ:  
Quid aut̄ ad hæc Paterfamiliã: quid  
putas: veniens indignabundus, scele-  
stos istos eiecit, nec iniuria, & missis  
suis exercitibus homicidas malè per-  
didit, ciuitatem eorum succendit, &  
vineam suam alijs, qui suo tempore  
ei fructus redderent, elocauit, ò fa-  
ctum optimè, & sapientissimè, atq̄  
iustissimè:

a v

Nunc